





1. Boek f. Friderici Samuelis / diff. De Notione  
Immensitatis Dei amplificanda Co-  
templatione magnitudinis Mundi.  
Regionenti 1766. Aucto G. C. Remond.
2. Bode f. Christophorus Augustus / protevan-  
gelium Generos Cap: 111 Vers: XX. Helm-  
stadt 1763.
3. Boehmer f. D. philip Adolph / programma, de  
Christo filio Domini, Halle 1765.
4. —— programma, addita est illustratio  
addita est: Illustratio Loci 1 Corinthis 2V; vers, 51,  
Halle 1766.
5. —— programma in Commentationem ad  
Illustrationem Actuum Apostolorum, 1766.
6. Buchner f. D. Andrea Eliie / programma in  
diem natalem Christi, Halle 1768.
7. Carrack f. Joh: Tob: / programma paracleti  
Appellatione Spiritui Sancto tributa,  
Halle 1764.

6

ACADEMIAE FRIDERICIANAE PRORECTOR  
**D. ANDREAS ELIAS  
BÜCHNERVS**

SACRI ROMANI IMPERII NOBILIS,  
POTENTISSIMI PRUSSIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS, MEDICINAE  
ET PHILOSOPHIAE NATURALIS PROFESSOR PUBLICVS ORDINARIVS,  
FACULTATIS MEDIC. SENIOR, ET REGITOR. ALVMNOR. EPHORVS,  
IMPERIALIS ACAD. NATVR. CURIOS. PRAESES, REGIAE SOCIET.  
SCIENTIAR. ANGLIC. BEROL. ET MONTISPEL. SODALIS

VNA CVM  
DIRECTORE ET RELIQVO SENATV ACADEMICO

**NATALEM CHRISTI**

PIE CELEBRANDVM INDICIT  
PROPOSITA BREVI DISPV TATIONE

QVA

FILIUS DEI IN ADSVMTA HUMANITATE  
CEV PHOSPHORVS TERRARVM ORBI EXORTVS  
PRAEEVNTIBVS SACRAE SCRIPTVRAE ORACVLIS

SISTIFVR.



HALAE SALICAE  
TYPIS ORPHANOTROPHEI, MDCCLXVII.

S A H C A R O L I D

C O M M U N I T E T O F T H E T H E R M O D Y N

A M P H I B I O S Y S T E M

C O M M U N I T E T O F T H E T H E R M O D Y N

A M P H I B I O S Y S T E M

C O M M U N I T E T O F T H E T H E R M O D Y N

A M P H I B I O S Y S T E M

C O M M U N I T E T O F T H E T H E R M O D Y N

A M P H I B I O S Y S T E M

C O M M U N I T E T O F T H E T H E R M O D Y N

A M P H I B I O S Y S T E M

C O M M U N I T E T O F T H E T H E R M O D Y N

A M P H I B I O S Y S T E M

C O M M U N I T E T O F T H E T H E R M O D Y N

A M P H I B I O S Y S T E M

AK



uod Deus salubre ac frugiferum esse iubet, ut antiquo haud  
magis quam pio insituro geratur nos. THEOPHANIA,  
Ciues, denuo Vobis publica scriptione indicimus. Id no-  
minis enim, τὰ Θεοφάνια, aut si aliam Scripturam sequare,  
veterem et ipsam probaramque Θεοφάνια, natalis Domini  
nostrī Iesu Christi stat et anniversaria Sacra satis constat an-  
tiquissimū habuisse. GREGORIVS, ut hoc teste utiamur, NANZIANZENVS,  
ea, quae in hanc ipsam festivitatem dicta est Oratione XXXVII. Θεοφάνια,  
ait, ἡ πανήγυς, εἰτὲ Γενέθλια λέγεται γὰρ ἀμφότερα κ. λ. rationemque  
idem deinceps addit hanc: ἐφάνη γος θεός αὐτῷ ποιοὶ δια γεννήσεως (1 Tim.  
III, 16. (a) Et vixique quidem illa nomenclatura (cum et Επιφάνια, quod  
nunc quidem alii inseruit memoriae nomen, Magorum nempe ad Christum  
aduentus, Sacra natalitia insignissime confiter) ista igitur denominatio, unde  
cunque ductam credamus originem ipsius, facile commouerit nobis variarum  
memoriam sententiarum, in tabulis existantium vtriusque instrumenti, quae  
indutum humanitate Dei filium, velut exortum caliginoso terrarum orbi, hoc  
est genibus humanis praefulgidum sidus celebravit, eiusdemque Sospiratoris  
manera variis ex ista quam modo designabamus similitudine ductis elogis ad-  
ornant, v. c. Es. IX, 2. XXXXIII, 6. Mal. IV, 2. Tit. II, 11. Luc. I, 78. II, 32.  
Io. VIII, 12. cet.

A 2

Ipsam

(a) Videatur eandem in rem Program-  
ma natalitium Vitembergae MDCCCLVIII editum: τὰ Θεοφάνια Veterum cert. itemque  
SVICERVS Thesaur. ecclesiast. p. 158 seqq.

Ipsam adeo admirabilem stellam, Magorum ad puellum diuinum ex Oriente ducem, in mentem priscis quibusdam doctoribus (b) venit, figuram sustinuisse melioris illius et benefici sideris quod pridem Bileanus cecinerat (Num. XXIV, 17.) et quod clarius adhuc *αὐτοκλῆς εἰς ὑψού* titulo, plenus Deo sacerdos loquitur Zacharias Luc. I, 78.

Nos quidem in praesenti illud paululum detineat effatum, quod ex ipso Domini de se testantis iamque ad gloriam eucti ore exiit: Ἐγώ εἰμι ἡ ἔιδα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀπόστολος, ὁ λαυρίκος καὶ ὁ φερόνος. Apoc. XXII, 16.

Magnifica vero vox, eaque continens quae dubitare nos vix sinerent, quis sit, cuius hic de se ipso exaudiatur oratio, etiam si nihil praemissum extaret quod de auctore admoneret. Praecedit autem haud multo ante in fronte sermonis, proprii ac personalis indicium nominis: Ἐγώ ΙΗΣΟΥΣ ο. λ. (c). Caeterum illud quidem haud in magno discrimine posuerimus, iniunctorum sermonis Christi utrum iam in iis quae y. 10. habentur constituendum quis purer, ut WOLETO placet in *Cur. Philol.* ad h. l. an vero denrum in iis εἰδὼλοι κ. λ. (v. 11.) idque propter conuenientiam formulae καὶ λέγει μοι (v. 10.) quae paullo ante (v. 9.) praemittitur haud dubie non Christi verbis sed Angeli illius demonstratoris (v. 1.) orationi, αὐτοῦ δοκούν quippe se profentis Iohannis et Prophetarum. Quod vero ad verba v. 14. 15. attinet, nos non poenitet eorum sententiae esse, qui ipsius illa scriptoris Apostoli credunt, post quae interposita, iam v. 16. Christi continuetur coepia superius oratio.

Quodsi igitur primam illius quod supra descriptissimum elogii partem ἐγώ εἰμι καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβὶδ proprius paulo consideremus, facile intelligitur, humanae significari loquentis naturam, stirpemque simul unde haec propagata est, Davidicam familiam. Neque tamen minus continentur his verbis *Messiani*: eius *minervis* notatio; plane ut nomen iu terris adhuc conspicuo amul-

(b) Sic: *EVSEBIUS Demonstrat. Euangel.* l. VIII. haec inter alia habet: (p. 419, edit. Col.). Εἶπος καὶ οὐς ἀπὸ τοῦ Καυκασίου τηλεῖον Σένου Κωνστάντιος τοῦ λοχαρίου πατέρας τοῦ πατρὸς μοναχοῦ ὃς ἦν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ — οὐ τὴν εἰκόνα του παθεῖσαν. οὐ Καυκασίος τοῦ τοῦ Μάρκου επεφίστη.

(c) Est alioquin libelli huins propheticis contextus interlocutionibus: οὐ ἀπομνη-

vnis factis frequentatus; quae res saepe vel alucionationis vel saltem dubitationis ansam quasi dedit enarratoribus. Sic reprehenditur GROTIUS v. 7. illa iδεις ἐπομηγε τοιχυν κ. λ. Angelo tribuens, a VITRINGA Comment. ad. v. 7. (si modo GROTIUS recte insperxit vel VITRINGA vel qui eum laudat WOTRIUS). Videantur si placet, etiam de illis. c. II. 8. quae adscribit BENGE. LIVS in *Gnom. N. T.*

a multis tributum si epienumero, *Filiū Dauidis*, non eo valebat potissimum, ut Iesum ad quem implorantes opem ipsius compellatione hac vrebantur ex posteris Dauidis aliquem, sed hoc vel in primis tendebat, ut Messiam cundem agnatum profiterentur. Videntur proinde nostro in loco non negligenda vis et significatio articuli graeci in vitroque vocabulo positi (*η εἰδα ναὶ τὸ γένος τοῦ Δαοβίδ*) ut non eiusmodi characterem ponit appareat qui sit cum multis aliis loquenti communis, sed ut eximius hic ex omni Dauididarum numero Dauidides, *unus ex millibus*, ut ille apud Jobum appellat (Job. XXXIII, 28.) *ναετὸν ἀντρομάστατον* et *ἔξοχόν* id nomen gerens intelligatur coll. Rom. XV, 16; et Apoc. V, 5. Hunc ipsum prophetae דָּוִיד מְצַמֵּת germen (progeniem) *Dauidis* vocant, *Dauidi suscitandum* Ier. XXIII, 5. Dauidisque adeo nomen ei trahunt Ezech. XXXIV, 23. Hos. III, 5. estque in iis, forte nostro hoc etiam, ut *GRÖTTVS* innuit, loco, in hac formula regii potissimum munera ratio habenda, quo Dauidem potissimum retulit; et si hic valere debeat illud quo se Salomonis comparat et praefert πλεῖστον ὁδε! Luc. XI, 31. Ipse enim est, ut in Apocalypsi nuncupatur ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς c. I, 5. itemque βασιλεὺς βασιλέων καὶ Κύριος κυρών, *summus Rex, celissimus Dominus.* c. XIX, 16.

Quum vero gemina dictio idem bis dici videatur, illud ad ea quae artulimus a multis neque iis spernendi ingenii interpretibus additur, priorem denominatiouinem (*η εἰδεῖ* (scil. τοῦ Δαοβίδ)) ad praecellentioram naturam Messiae hoc est diuinam respicere, quippe cum er *Dauidis* prior sit et *Abrahamo* (Io. VIII, 58.). quid? quod arauis ultimi *λέγος* ille, quidquid rerum hominumque est ab se conditum *radicis* instar *sustinet*. Io. I, 3. Ebr. I, 3. coll. ad emblemam Rom. XI, 18. *Cur enim* (quae verba sunt *WOLFIL Cur. Phil. ad Apoc. XXII, 13. p. 632.*) *idem et RADIX et GENVS* Dauidis dicitur? Nonne prius diuinam *infert naturam per quam* Dauidis est *Dominus*, Matth. XXII, 45. posterior autem humanam, quam ex familia Dauidis adsumit? Nonne *idem* hic metaphorica phraesi indicatur, quod Paulus Rom. IX, 5. *propria expressit?* Comparanda cum his vel in primis sunt quae in eandem sere sententiam pluribus *VITRIN-GA* disputat cum in *Commentar. in Apocal. ad c. V, 5.* tum in *Eziae XI, 10.* (d)

A 3

Sed

(d) Foret haec ratione in isto loquendis genere sanctum quasi quoddam *ἔξινον*, (qualia collegit *GRÖTTVS* noster *Philol.* S. L. V. Tr. II. c. VII. p. m. 2046. q.) Disfumulandum tamen hardi videtur dubitabilem faltem eam emphasin reddi ab his quibus *τετραγράμμων* addi putant vocabulo me-

taphorico (*η εἰδεῖ*) posterius illud (*τὸ γένος*) non refragante vel talis coniunctionis vocum exegeticæ consuetudine, vel ipsius vi vocis, praesertim si ebraismum aduoceamus, quo largiter Apocalypios libertinatus est. Nam ebr. *שָׁמֶן* non *ra-*

dicemus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-300091-p0007-0

DFG

Sed progrediamur, age, ad alteram oraculi nostri partem, qua *Stellas mutatinas* imaginem sibi accommodat Dominus. Vbi quidem quod ad verba authenticis artinet non morabitur nos in praesenti ea que se effert exemplaria graeca insipientibus scripturae varietas. Neque enim ad sensum dicti refert, siue ἡράκλειον legas, quod est a **MILLIO** in contextum editionis suae itemque ab aliis receptum, siue quod **BENGELIUS** propter adlatas in *Apparet. Crit.* (p. 858.) autoritates preferendum duxit περιεπίστας. Stella haud dubie designatur eadem que visitatori nomine εὐτόπειος graecis et frequenter φωτόπειος dicitur, quorum illud v. e. apud LXX Elia. XIV, 12. hoc in ipso N. T. a Petr. I, 19. occurrit. Estque, ut praemissum ē νεαρήσις h. l. inauit et alioquin satis constat eximii illa fulgoris, (e) siue cum vt alter quidam sol, quae **PLINII** verba sunt, diem maturat Luciferque dicitur, siue ab occasu resurgens diem prorogat, vicem Lunae reddens, qui *Vesper* nuncupatur. (f) Neque enim aliam stellam esse quae solem antegreditur, aliam quae subsequitur in vulgo nunc dorum est, obseruarem si **PLINIO** credimus ab Samio primum Pythagora.

Itaque vt in pauca conferantur, quae electum istud emblemata Christo qui sibi id applicat, mediterraneis insinuet, occurrit primo ea similitudine notari et posse commode atque etiam solere pulchritudinem qualilibet siue qualis propria est his quae adspectu sentiantur, siue vt in eas res cadit, quae mente tantum quasi verni, hoc est intelligi possint. Naturus est, vt ne in re facilis pluribus exemplis utimur locus Philosophi a nostro etiam laudatus **MELANTHONE** (*in Apol. A. C. p. 64. edit. Rechenberg.*) *Iustitiam* nempe quam *κριτισμὸν τῶν άγετῶν* dixerat, ornatus **ARISTOTELES** & Ἐστέρεος, ait, *ἄλλος οὐτοῦ*

Pax-

dicem modo *frumentum* (quae duo subtilles quam opus est **VITRINA** distinctum iuit) sed et pullulantes ex radice *surculum* s. *folionem* nerat, hinc translate progeniem. Vid. El. LIII, 2. vbi pro *ἀποδούχῳ* *χεὶς* membrorum orationis respondet seu synecymo τῷ *τρύπῃ* diciturque Christus velut ψ. ex arido solo fruorescere. At

que etiam c. XI, 10. *τρύπῃ* *τρύπῃ* explicari videtur hoc quod v. i. dictum fuerat surculus ex trunco Iesu.

(e) Vnde et spud ehr. nomen inuenit-  
se creditur a *foliendore* ἔλλην El. XIV, 42.  
vbi vid. **VITRINA**. Caeterum Apoc. II, 28.

quo in loco promissum illustris vincenti propositum exstat (*τόπῳ ἀντρῷ τὸν ἀρχὴν τὸν περιφέρειν*) sicut qui perinde ut in nostro loco Christum ipsum simpliciter intelligent. Sed cum ille quidem non tam vt *δόμη* hic, quamvis *δέρνη*, et cer brabenta pōtius quam ut brabeum repräsentari videatur malanus de foliendore qualis est *Phosphori* h. e. eximio prorsus capere. **BELLOSOBRIUS**: *Je lui donnerai l'escut de l'Ecole du matin.* Rem apfam s. beneficium hic promissum edisterit eo. **MARCINUS** *Com-*  
*ment. in Apoc. ad h. l. itaque GLASSINE*  
*Philol. Sacr. p. 167.*

(f) **PLINIVS** *Histor. Natural. I. II.*  
c. 8. p. 64. ed. **DALECHAMP.**

*Deuotiss.* Ethic. I. V. c. 1. Habet proinde generationis primo eandem fore  
vix quod translate haec dictum est, quam propria magis verba, quibus *summa*  
Christi, cuius sponsi ecclesiae, *pulcritudo* in sacrofane illo epithalamio praedictatur a Davide s. Spiritu potius qui in ipso erat, Christi. Psalm XLV, 2.  
*Longe ante alios homines pulcerrimus es.*

Quae quidens pulcritudo Domini sue sub illis quibus olim erat obuoluta  
humilitatis integrumentis, frue ut nunc eadem est in *Dre abscondita*, (Col. III, 3)  
fidei oculis, non carnis cernitur, et sane plura in *Θεοφάνειᾳ* complectitur,  
quae a nobis Scriptura duce facile colligi possent, nisi proposita breuitate pro-  
hiberemur. (g)

Quodsi deinde proprius paulo in ipsum hoc hanc infrequens in Sacris em-  
blema inquiramus, occurrit facile vel mediocri diligentia circumspicientibus,  
saepenumero *principalem* illo *dignitatem regiamque maiestatem* repraesentari, (h)  
ut proinde hoc in titulo idem quod in praegressis obseruabamus, itidem  
agnoscit debere videatur, *regium Iesu Christi munus*, idque pro eo ad quem  
vixit hoc et oratio ipsa pertinet statu, plenam vim atque *έξοχην*, inter caelites  
stalium, praeferens, suoque imbare coruscans.

Nec eorum insuper locorum S. S. meminisse alienum fuerit, vbi *docto-  
res ecclesiae* (insigniores praesertim) figuratum *stellarum* nomen sustinent, (i)  
quod in *Comment. Apocalypticus*. ad c. VI, 13. pluribus *VITRINGA* ediscerit, ad-  
ducto praesertim illustri viso c. I, 16. eiusque authentica interpretatione (ibid.  
v. 20.) Agnoscamus ergo simul *propheticum* Domini munus s. *Magistri* et  
*Doctoris* summi et vnius omnium excellentissimi, atque inter reliquas in caelo  
illo mystico micaentes stellas, *Phosphori* instar *πατρεοντος*. Col. I, 18.

Tandem etiam respectu effectuum exoptatusimorum quos et initio statim  
gulit, et fert etiam nunc et latura olim est ή eis ἀνθρώπους ἐπιφέ-  
γεια

(g) Conferri possunt quae ad illud  
Palmi XXXXV, 2. encionium, *LAMPYVS*  
disputat, nosferque in primis *GIEBERS*.

(h) Vidi. Numer. XXIV, 17. vbi sue  
typum (Davidem) cum antitypo (*Messin*)  
coniungi, sue, ut alii placet, hunc solum  
cani putat, liquet saltem regiae personae  
characteres in fatidico illo sermone pro-  
poni. Item ipsum *Luciferi* nomen Et.  
XIV, 12. (non *Catodæmoni*, cuius quidem  
ex transdicta Patrum *magis* ipsius de-  
inde *Luciferi* nomen tribui fuerit, sed)

*Babylonio Regi* tribuitur, *Phosphori* inter  
alias stellas (h. e. terrarum dominos) instar  
habenti, sed qui ex fastigio dignitatis effe-  
tamquam e *caelo* deiiciendus; quod qui  
factum sit, fieri potuerit, admirabundū  
quaerunt quibus ista tribuitur a Vate ora-  
tio: *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, fili*  
(comes et velut alumne) *Aurorae?* Baby-  
lonium inrelligi perspicue ex v. 4 ap-  
parerat.

(i) In declarandis conuenientiae mo-  
mentis multus est *SAL. GLASSIUS Rhe-  
tor. Sacr. p. 167. l. lgg.*

*veiu* (vt **Euseb** dicitur **Demonstr.** *Evang.* l. V.) horum igitur euentuum non aliunde pendentium causa, non minori iure splendido isto semet ipsum Christus adornat titulo. Quas ad res trias primis referenda videtur.

Nam si statum *primo* respiciamus illius aetatis, cui aeterna illa *lux hominum et vita* (Io. 1, 4.) tum primum adfuit, terribilae profecto et ignorantiae et hinc oriundae impietatis tenebrae orbi tantum non vniuerso incubuerant, (k) quas illius sideris exoritur discessus ac dispulit, ipsamque illam quae in paucis supererat meliorem Lucem nouis magnisque accessionibus mirifice adauxit; ita ut in illam rerum faustissimam conuercionem vere dici queat illud principis christianorum Poetae: (l)

*Caligo terrae scinditur  
Percusa solis spiculis  
Rebusque iam color reddit  
Vulnus sideris.*

Iam nimirum quod Propheta praedixerat impleri coeptum erat, vt in tenebris versans populus lucem magnam videret, et caliginosa nocte obrutus diuinus collustraret fulgor Es. IX. quibus non dissona sacro ore fundebat, qui proxime ab illa fausta metamorphosi aberat, Zacharias Luc. I.

Et habebant, (si ecclesiam speciatum consideremus) habebant qui sub pri-  
scio illo foedere vixerunt, quod indulgentiae diuinae acceptum ferrent, et de quo  
sibi congratularentur lumen, quo rite vrentes poterant de natura Dei, de volun-  
tate in misericordiam generis humani propensa, de cultu eiusdem aliquis religionis  
capitibus facile plus videre et certius quid adferre, quam vel ab iis qui viram  
extra sacrae istius ciuitatis pomoeria degebant praestari poterat, vel ipsi repe-  
rire per se et sine accessu diuinitus luce potuissent: erat tamen non nisi *lucerna*  
vt Davides ait (Ps. CXIX, 105. LXX λύχνος) *pro pedibus ipsorum et lumen in*  
*semitis iporum*. *Lucerna* inquam; quae quamquam in tenebris iter facientibus  
hoc praefat, vt errore vario ciuitato rectam tutamque viam teneant, nihil  
tamen ad solem et eam quam hic orbi adfundit claritatem et laetitiam. Quor-  
sum et Perrinum illud videtur tendere a Ep. I, 19. quidquid vaticiniis V. T.

con-

(k) Quantu[m] quam exitiales errores po-  
pulum Dei, ea tempestate inuaserint, quam  
magna ex parte nec mala sua et hinc emer-  
gendi viam intellexerint Iudei, nec bona  
vel oblatu[m] iam diuinitas vel ad spem bea-  
tare immortalitatis proposita agnouerint;  
quae item in gentibus eacteris et morum  
et religionis omnis fuerit depravatio quod

pratarum opinionum chaos, breuiter  
expositum est in *moralito Programmate*  
*Fridericiano MDCCCLV.* edito, *de statu*  
*temporum nato Christocet.* Quae ipsa ubi-  
rius tractantur in *MOSHEMITI Institutio-*  
*nibus Histor. ecclesiast. maior. Sac. I. part. II.*  
(l) *PRUDENT.* *Cashemer. Hymn. II.*

continetur ad Dei ac praesertim Messiae cognitionem pertinens, *lucernae* s. facis instar habuisse cum haec lucet per obscura (m) proficiscentibus, id vero est, lucem sed nimis debilorem praestitisse τὸν ἀρχοφύτινον λόγον, donec maior cum Messias exortu clariorque effulserit, cuius et ipsi quibus scribebat Apostolus ἐπιλεγοντοι cum aliis non resurgentibus lucem istam veram, qua cuncti ad salutem collusrandi sunt, (Io. 1, 9. III, 19 sqq.) participes intra animos facti fuerant, quae est, nisi fallimur η φωσφόρου αὐτοληή ἐν ταῖς παρόδαις apud Apostolum.

Placer hoc loco, cum in Petrinum dictum delati simus, quod difficultoribus accenseri solet N. T. oraculis, miso variarum sententiarum censu et examine, strictim summatimque ponere quaedam, quibus obseruatis interpretatione illius loci aliquanto, ut credimus planior, usus certior existere videatur et expeditior. Quae hue fere redeunt:

1) Rectius vertuntur, illud quidem οὐδέποτε in imperf. (plane ut ὄτες super v. 18.) das da sc̄ien, illa autem quae sequuntur, donec dies illucesceret (non illucescat) et Phosphorus oriatur (non: oriatur) in cordibus vestris. (n) quo pacto nec τὸ φεύγειν ἐν οὐρανοπάντῃ πάντῳ (Ista enim non diuellenda nec seorsim applicanda sunt) ad praesens N. T. tempus potius, statunque et conditionem Christianorum, quam ad noctem et umbras V. T. pertinet, nec τὸ διανύσσειν et divulgari diei et Phosphoro attributa futurum quiddam, sed quod iam apostolico tempore et in animis fidelium per dei gratiam euenerat significare videntur. In quo minus recte similitudo premeretur nimis, et extra limites comparationis procede-

## B

## tur

(m) Quidquid sit de rariois vocabulis et in N. T. ἀπόκρυψιν (ἀπόκρυψε) significacione praesertim si per vium τῶν ἔτη definitiō sit: apparē tamen norionem obscuri et tenebrosi, propter ipsam *lucernae lacientes* in tali loco mentionem, abesse non posse, si similitudini confitare debeat ratio. Vnde et auctores vett. versi, si non aliare ipsa cogitatione emblematici sermonis, vt ita converterent adducti videntur. Sicca potius, et ab humano cultu reliqua loca Graecis ἀπόκρυψε dici **KYPRIUS** Obseru. ad h. l. post alios admonet, dubitatus diligenterius monumētorum Graecorum collator, an praeter versionum auctoritates et *SVIDAE* illam (vid. *SVID*, ex ed. LVD. KVSTERI T. I. pag 390.) aliae adserri ex græcis queant; idem tamen in explanatione sententiae *neccis* imaginem haud excludere potuit,

ad viatores nocte in deserto oppresum aludi credens. Et sane cum huius generis deserta loca, passim salebrosa, fenta, iniua et confragata esse soleant, aegre in his, si vsquam, lucerna carent noctu iter facientes.

(n) Impeditiorem sensum fecit germ. veri: — ein Licht das da scheinet; eam ve- ro quam supra dedimus versionem sequen- tia verba (αριστὶ nempe, διανύσσειν, οὐ- τεληγ) postulant. Recte autem ornata ab INFANTE ET BELLOSORE gall. versio: — un flambeau qui éclaireroit dans un lieu obscur, jusque à ce que le jour parut et que l'étoile du matin se levât — pro quo minus accurate Mons. à ce que le jour commence et l'étoile d. m. se leve d. v. c. Conf. BENGEL, Gnaa, N. T. EXVS DEMQUE vers. germ.

tur, si inde quid exculpere quis auderet contra usum prophetici verbi etiam in N.T. tamquam lucerna nempe careremus facile postquam illuxerit. cf. Io. V, 39.

2) Quamvis videri queat quod posteriori loco positum est (de *ortu Luciferi*) natura prius esse quam id quod praecedit, tum et minus quiddam dicere quam illud ήμέρα διανύσσει, atque adeo quoddam υπερον πρότερον ut vocatur in arte ei gradatio inuersa s. descendens subesse: hoc tamen non opus fuerit, si statuanus non de eadem prorsus re vtramque formulam adhiberi, sed prius quidem ad plenam N. T. diem (1 Ioh. II, 8.) alterum ad fidelium in hac ipsa ήμέρᾳ σωτηρίας (2 Cor. VI, 2.) illustrationem spectare. (o) Et potest etiam *ortus stellae diurnae*, diem ipsum e vestigio subsequentem includere.

3) Rectissime omnino προσθήσιμος ille extremus εὐταῖς ναζδαις ὥμων ad proximum illud αὐτοτέλη referrunt. Nam vtut CHRIST. WOLLIUS in *Commentat. Philologica de Parenthesi Sacra* (pag. 49 sqq.) multis in eo sit, ut eadem verba ad remotius προσέχονtes retrahenda esse vincat: tamen vt in aliis exemplis amor suscepit negotii virum doctum induxit ut parenthesin iis etiam locis adfingat, qui citra eam commode exponi atque intelligi possint; ita quod ad hunc locum attinet, facile qui graecae linguae genium teneat cogiretque, quachuius εὐθέματι obstante animaduerteret, quorum hic exponendum orium nobis fecit WOLLIUS in *Cur. Phil.* ad h. l.

4) Illud εώς εῦ Apostolicum cum adnexit non ad προσέχονtes referimus sed ad propinquius Φάνοντι ε. a. r. ut non quoad attentio (P) continuari debat indicetur, sed quoad ille λύχνος viatoribus, ut ita loquamur V. T. quasi obscura aut sublustra nocte in patriam tendentibus inferuierit. Quo obseruato facilius praeceditur fanatica quorundam cauillatio, qui contentioni codicis diuini Petrium hoc praetexere solent, cui generi et his maxime, qui a Zinzendorfio profecti sunt, grauiter se B. Abbas EO. ADAM. STEINMETZIVS opposuit in *præfatione operis Harmon. Euang. DODDRIDGII* quod germani-

cc

(o) Expendi meretur BEZAЕ ad h. l. cogitatum, suspicantis forte Solem ipsam (hoc est Christum exhibitum) Phosphori nomen hic habere ob illam mundu lucem. Alienor tamen ab vnu illa Solis denominatione, si ita omnino cepit BEZA; sicut SYR. h. l. per Solem convertit, (dones Sol oriatur in cordibus vestris.)

(P) Quamquam illud προσέχειν, hoc loco, non attentionem solam videatur notare (s. vt oracula attenta mente continuo voluntur et revoluuntur) sed, vt alibi, simul hoc, vt fides habeatur dictis, eaque

christiani ad sensu firme et reuerentiali, vt sic dicamus, prosequantur, seu divina non minus quam noua et clariora testimonia. Vide ad usum τοῦ προστύχου Act. XVI, 14. (coll. v. 15.) et quae ad illum locum adscripti KYPRIUS Obseruat. Sacr. T. II. p. 78. sq. itemque quae ad Act. VIII, 6. ex Fl. Iosepho collegit KREBSIVS. Concinit, how modo si accipias, egregie cum dictis ipsius Petri i Ep. I, 10-12. per propositum veterum testium et recentiorum consensum fidem christianorum confirmatum euntis.

ce conuerit ediditque S. V. FRIDER. EBERR. RAMBACHIVS (Tom. I.) et si aliam patilo viam in vindicando explicandoque dicto ingressus sit ὁ μακαρισμός.

5) Nihil impedit quo minus hoc etiam loco in *Phosphoro* ipsum intelligamus Christum, quatenus ille vera fide agnitus in cordibus exoritur, et si facile cum iis conueniat nobis qui Euangeliū, per quod fides a Spiritu S. producitur intelligent. Est, si prius placeat, illa Φωτός ἀνατολή, quoad rem nūl aliud quam quod Paulo Gal. IV, 19. est μορφὴ Χριστοῦ in hominum animis, et item, id quod ad nostrum effatum proprius accedit, illud ipsum quod excitatis e somno (spirituali) atque ex morte surgentibus promittitur Eph. V, 14. ἐπιφανεῖσαι ὁ Χριστός. Tales nimur quibus propriè proximeque hic scribit Apostolus, erant per admissas Spiritus S. operationes redditi, λόγους τοῖς Αποστόλοις πίστιν λαζάροτες v. 1. ad ἐπίγνωσιν perduci viuam Dei et Domini nostri Iesu Christi v. 2. 8; εἰδότες καὶ ἐπηργήμενοι ἐν τῇ παρέστη ἀληθεῖα, cert. Arque in hoc ipso, communī gratiae regni beneficio, alterum positum est momentum quod ad effectus laeros ac facturas referendum putabamus cœlestis illius *Phosphori* I. C. Postremo tandem cogitare nos iubet eadem denominatio de ἐπιφανείᾳ τῆς δόξης quam omnis fidelium cohors secundum promissum Domini praefitolatur, quam παρενθαῖ Petrus admonet (c. III, 12): ut sint πρεδοκοντρες καὶ σπεύστερες. Illo sane aduentu iterum terris exoritur verissimi nominis Lucifer, diem aeternitatis (2 Petr. III, vlt.) nullis contaminandam nebulis, nulla nocte condendam (Apoc. XXI, 25) adducet. cf. Tit. II, 13. 1 Tim. VI, 14. cert.

His præcidiimus; ne in maiorem molem quam quae conueniat prolusioni excrescat disputatio.

Vos, Ciues, quibus potissimum scribimus, nolite, quæsumus vos, committere ut frustra hoc quidquid est, meditationum sacrarum propositionum esse videatur. Rem ipsam, o Nostri, cuius cum maxime recolitur memoria, et cuius gratia non debet quamvis frequentata commemoratione langnescere, hanc igitur ipsam venerabundi et in Deum grati piique meditamini! Christus, qui unus nobis perditam reflueret rem, natus, post diuturnam rotatutum hominumque expectationem esse nunciatetur. Huc, huc, (ne alias res agatis) cœlestes vos chorii et angelicum vocat præconium, huc referatae caeli fores et velut iruuntia limina. Caute o Vos qui variarum rerum et vilium cognoscendarum causa, huc constuxistis, summo studio, ne quod caput est et ad sapientum et ad bene beateque viuendum a vobis negligi appareat. Palmarium vero si quaeritis Deoque testanti creditis, hoc numerum est, ut Christus cum beneficiis meritisque suis rite agnoscatur; quam ipsam ad rem quidquid vsquam in pretio apud mortales et honore eset, nihil esse,

esse sapienter olim gentium ille Apostolus statuebat Phil. III. Hoc unum misericordia ad immortalem beatitatem iter patet, arduum illud quidem sed et certum et tursum, satis etiam bona fide ingredientibus planum atque expeditum. Sacra igitur volumina, salubris quae e caelo descendit sapientiae promulgata, quanto in precio habere debeatis existimate. Audite Mosen et Prophetas, ipsumque de se Filii Dei testimonium audite, et voces legatorum eius. Magnus est et suauissimus utriusque instrumenti consensus. Amplectimini nouas tabulas sed nec veteres negligite! ut enim, secundum tritum illud, in veteri testamento nouum latet, sic patet in hoc vetus: *firmitusque h. e. ad nostram cognitionem expeditius certius nos iamiam habemus propheticorum sermonum corpus, ipso videlicet ex impleto, quae quasi realis quaedam est procurata diuinitus ἐπίχρυσος et declaratio.* Praestitit quippe re factisque h. e. nascendo, aduersaque, eruciatu mortemque ipsam, deinde et gloriam adeundo, praedictis βεβαιώσων ipse Dominus noster Rom. XV, 8. 1 Perr. I, 11. Sed absit ut illoris quasi manibus ista concrecentur cimelia! Casta puraque mente opus est, profana procul habeatur! Illuxit sacer et amabilis dies melioris foederis (2 Cor. VI, 2.) hic aliam vitam alios postulat (Rom. XIII, 13.). Secus longe a multis fieri cum dolore iusto animaduertimus.

*Non defunt, qui vanis suis cogitationibus inbaerentes obdurant se contra manifestam verbi dicuntis veritatem: non tam de opinionibus suis bene meriti, quam de se male. Qui cum habeant iter rectum deusos sequuntur anfractus et viam planam deserunt ut labantur per praecepsitum.* Haberis querelas gratias Theologi, quas in ipsa hac quam egregie ornata iubitur, dum viveret, Academia nostra pridem ille fudit, quae veremur ut in paucis nostris aetatis oppido conueniant, cum ne in plures nostratum arque etiam magis quam olim quadrant vereamur. Querelas (nouimus) gratae, ut quidam veterum haber, esse non solent etiam cum sunt necessariae, sed earum causas qui pro virili tollere satagit, is enim uero sapit laudemque meretur. Itaque, ut conclaudamus orationem, **HOC AGITE** per facta haec solennia, Cities! Accipite patulis auribus euangelii praeconium, auro contra carum et quoniam dulcissus. Ita autem audite, ut dicto audientes Deo sitis, eiusque indulgentiam fide et laetitia sancta prosequamini! Ita futurum est, ut nec nos consilii, nec vos obsequii horumque ipsorum dierum poenitentia.

---

P. P. in Fridericiana d. XXIV. Dec. qui in fastis sacris est  
vigilia Natalis Domini, MDCCCLXVII.


78 L 1708



5b.

Hi. 100.





FRIDERICIANAE PRORECTOR  
REAS ELIAS  
CHNERVS

AN I M P E R I I N O B I L I S ,  
E R E G I S A C O N S I L I I S I N T I M I S , M E D I C I N A E  
V R A L I S P R O F E S S O R P V B L I C V S O R D I N A R I V S ,  
E N I O R , E T R E G I O R . A L V M N O R . E P H O R V S ,  
A T V R . C V R I O S . P R A E S E S , R E G I A E S O C I E T .  
L T C . B E R O L . E T M O N T I S P E L . S O D A L I S

VNA CVM  
RELIQVO SENATV ACADEMICO  
**LEM CHRISTI**  
ELEBRANDVM INDICIT  
**BREVI DISPUTATIONE**  
QVA  
**NADSVMTA HUMANITATE**  
**VS TERRARVM ORBI EXORTVS**  
**S SACRAE SCRIPTVRAE ORACVLIS**  
SISTITVR.



ALAE SALICAE  
ANOTROPHEI, CICCCCLXVII.